

# EPISTULA LEONINA

## XLVI

PERIODICUM LATINĒ SCRIPTUM,  
 QUOD ĒDITUR  
 E DOMO EDITORIĀ INTERRETIALI  
 CUI NOMEN EST  
**LEO LATINUS**



<http://www.leolatinus.com/>

N.B.! EPISTULAS LEONINAS ACCIPIS **GRATIS** ET **SINE ULLĀ OBLIGATIONE**. NAM LEO LATINUS PUTAT HOMINIBUS LATINAM LINGUAM DISCENTIBUS AUT DOCENTIBUS CORDI ESSE VERBA LATINA. SI TAMEN TALES EPISTULAS ACCIPERE NON VIS, RESCRIBE HOC NOBIS: TUM STATIM NOMEN TUUM EX INDICE ACCEPTORUM TOLLEMUS.

HŌC TEMPORE DUO FERĒ MILIA HOMINUM LATINĒ DOCTORUM ACCIPIUNT EPISTULAS LEONINAS ELECTRONICĒ MISSAS. EPISTULAS LEONINAS **1 - 45** INVENIES IN INTERRETI SUB HAC INSCRIPTIONE, QUAE SEQUITUR:

<http://ephemeris.alcuinus.net/leonina.php>

**MAXIMĒ ID CURAMUS, UT COPIAM VERBORUM LATINORUM CONVENIENTER AUGEAMUS ET TEXTŪS MODERNOS CUIUSVIS ARGUMENTI QUAM OPTIMĒ IN LATINUM SERMONEM CONVERTAMUS.**

ROGATUR, UT MANUSCRIPTA MITTANTUR VIĀ ELECTRONICĀ. MENSA SIVE GRAMMATICA SIVE METRICA, QUOAD FIERI POTEST, TACITĒ TOLLUNTUR.

EN HABES EPISTULAM LEONINAM  
**QUADRAGESIMAM SEXTAM (46) !**

## ARGUMENTA

SENTENTIOLA LIVIANA – MYTHI GRAECORUM (XXV) - VOCABULA DOMESTICA (X).

LEO LATINUS OMNIBUS HOMINIBUS LATINITATEM AMANTIBUS SAL.PLUR.DIC. S.V.B.E.E.V.

***Cara Lectrix, Care Lector,***

*valdê gaudeo, quod mihi licet Tibi offerre Epistulam Leoninam quadragesimam sextam.*

*Primo loco Te monemus sententiolae, quae legitur apud Titum Livium historicum Romanorum praeclarum.*

*Secundo loco pernoscas Mythorum Graecorum partem vicesimam sextam (XXV) Latinâ veste indutam.*

*Denique tertio loco Tibi offeram multa verba nova secundum praeceptum Ciceronis novis rebus imposita: VOCABULA DOMESTICA (X).*

*Ergo haec Epistula Leonina est modica: tres tantum res habeo Tibi proponendas. Tamen valet illud tritum proverbium: OMNE TRINUM BONUM.*

***Pancratice vale et perge mihi favere!***

***Medullitus Te salutat***


**Nicolaus Groß  
LEO LATINUS**



**<http://www.leolatinus.com/>**

**LEO LATINUS**

**Senden ex oppidulo Bavariae Suebicae, die Iovis, 3<sup>o</sup> m. Febr, a.2011**



**UT PLERUMQUE FIT-  
MAIOR PARS MELIOREM VICIT.**

**TITUS LIVIUS**  
(59 a.Chr.n. -17 p.Chr.n.)

cfr LIVIUS, Ab urbe condita liber XXI 4,1 Pauci ac ferme optimus quisque Hannoni adsentiebantur; sed, ut plerumque fit, maior pars meliorem vicit.

**MYTHI GRAECORUM (XXV):****Medea quomodo vellus aureum rapuerit.**

Mythi Classicae Antiquitatis a Gustavo Schwab Theodiscê narrati, a Nicolao Groß Latinê redditi.

**Medea quomodo vellus aureum rapuerit.**

Principibus populi in palatio congregatis rex Aeêtes consulebat, quomodo Argonautae falli possent; nam animadverterat omnia illa die proximo praeterito facta non essent nisi filiabus adiuvantibus. Iuno dea vidit periculum, quod Iasoni imminebat; itaque animum Medeae implevit tanto timore, ut ea tremere tamquam caprea in silvam extremam abdita, quae territa est canum venaticorum latratu. Simul suspicabatur auxilium sui patrem non latêre; necnon sollicitabatur, quod ancillae rei erant consciae; itaque oculi Medeae ardebant lacrimis, aures fremebant. Quae capillos sinebat dependere quasi lugens; nisi Fortuna recusavisset, haec virgo miseriam suam veneno finivisset. Iam pateram tenebat veneno completam, cum Iuno eius animum refocillavit, ut sensu mutato venenum refunderet in receptaculum. Nunc animo capto decrevit, ut fugeret, læcto ianuaeque postibus oscula impressit valedictoria, ultimo manibus tetigit conclavis parietes, cincinum sibi desectum matris læcto in memoriam imposuit. »Vale, mater carissima«, lacrimans dixit »vale, soror Chalciope et tota domus! O peregrine! Utinam mari submersus esses, priusquam Colchidem venisses!« Ita factum est, ut Medea patriam dulcem sic reliquit ut captiva relinquit carcerem servitutis fugiens. Verbis magicis dictis portae palatii sunt apertae; per angustas semitas nudis pedibus cucurrit, sinistrâ manu velamen super genas protrahens, dextrâ limbum vestis tollens, ne in viâ macularetur. Mox a vigilibus incognita ante urbem semitam ingressa templum petivit; nam, ut erat sagana et venefica radices inveniendi perita, bene noverat omnes semitas agrorum. Luna dea eam videns vadentem, subridens terram illustrans sibi ipsa dixit: »En aliae quoque amore ita vexantur ut ego vexor amore pulchri Endymionis! Saepe me carminibus tuis magicis e caelo amovisti; nunc tu ipsa Iasonis causâ tormenta pateris amara. Age porro, i, at, licet sis callidissima, noli sperare te fugituram esse dolorem amarissimum!« Sic Luna secum locuta est, illa autem properê avolavit; tandem de viâ deflexit versus lîtus maris, unde ducta est ignibus festis, quos herôes ad victoriam Iasonis celebrandam sinebant exardescere. Adversus navem cum advenisset, magnâ voce advocavit Phrontidem, sororis filium natu minimum; qui cum simul ac Iason vocem Medeae recognovisset, ter respondit voci ter repetitae. His omnibus auditis herôes primo stupuêrunt, deinde versus Medeam remigaverunt. Priusquam navis lîtori ulteriori est alligata, Iason e stegâ prosiluit ad terram, Phrontide et Argo sequentibus. »Servate me«, puella vocavit genua complexa, »me vosque eripite patri meo! Omnia sunt prodita, nullum restat auxilium; fugiamus nave, antequam ille ascendet equos veloces; vellus aureum

vobis comparabo draconem sapiens. At tu, peregrine, coram sodalibus iura pro di immortales me orbatam in terrâ peregrinâ a te numquam ignominiâ affectum iri!« Ita maestê locuta animum Iasonis laetificavit. Qui vir Medeam, quae in genu procubuerat, leniter humo sublatam amplexus dixit: »Amata, Iuppiter atque Iuno, connubii tutatrix, sunto testes mei, me in Graeciam reversum te uxorem ritê ducturum esse in matrimonium!« Sic Iason iuravit manu Medae manui impositâ. Deinde Medea ipsa hac nocte herôes iussit remigare ad lucum sacrum, unde auferrent vellus aureum. Properê Graeci navem propellebant, quam Iason et virgo mox et ante primam lucem reliquêrunt, ut per semitam cuiusdam prati adirent lucum. Ibi quaesiverunt quercum altam, e qua pendeat vellus aureum, per noctem fulgens, nubi matutinae simile, quae illustratur sole oriente. Ex adverso autem draco insomnis acribus oculis in longinquum prospiciens, collum longum appropinquantibus protendebat tam horribiliter stridens, ut ripae fluminis totusque lucus magnus resonarent. Ut per silvam accensam flamma, ita monstrum squamis lucentibus corpore innumerabiliter incurvato provolvebatur. Virgo autem idem audacter aggressa dulci voce Somnum deorum potentissimum invocavit, ut monstrum cantando sopiretur; reginam inferorum potentem advocavit, ut incepto suo benediceret. Iason eam secutus est haud intrepidus. At draco carmine virginis magico iam sopitus demisit dorsum convexum, ut corpus convolutum prolongaretur; caput tantum atrocissimum adhuc tenebat erectum gutture hiante ambos correpturus. Tum Medea formulas invocatorias murmurans caule iuniperi oculis bestiae inspexit potionem magicam, cuius fragrantia sopiretur; nunc rostro clauso draco sopitus toto corpore per longam silvam prostratus dormiebat.

Iason autem a Medeâ monitus vellus de quercu detraxit, cum puella non desineret capiti draconis inspergere oleum magicum. Deinde ambo lucum Martis umbrosum properê reliquerunt, Iason autem e procul iam laetê obtendebat magnum vellus arietis, cuius imagine repercussâ frons eius capillique flavi fulgebant fulgore aureo; necnon eius nitore Iasoni latê illustrabatur via nocturna. Sic iter faciebat vellus ferens umero sinistro impositum; quod onus aureum de collo pendeat usque ad pedês; deinde convolvit, nam semper timebat, ne qui homo deusve in se incidens hunc thesaurum sibi raperet. Ut primum aurora lucem vocavit, navem intraverunt, sodales ducem circumsteterunt et vellus admirati sunt, quod fulgebat tamquam fulgur Iovis; omnis volebat idem manibus tangere; at Iason hoc non passus est, sed amiculum nuper confectum velleri iniecit. Virgine puppi navis impositâ amicis sic dixit: »Nunc, cari amici, properê redeamus in patriam. Huius virginis consilio id perfecimus,



**Medea draconem incantans. Pinxit Giovanni Battista Crosato (1697-1756).**

cuius causâ iter susceperamus faciendum; ut mercedem accipiat, eam in matrimonium ducam uxorem iustam. Vos autem adeste mihi illam totius Graeciae adiutricem servanti. Nam non dubito: mox aderit Aeêtes cum totâ gente suâ prohibiturus, ne navigemus e flumine! Itaque vicissim una pars dimidia vestrum remiget, altera hostibus obtendens grandia scuta nostra e pelle bovinâ confecta obtegat nos redeuntes. Nam in nostrâ manu nunc est reditus ad nostros et Graeciae honor aut infamia!» His verbis dictis funes abscidit, quibus navis erat alligata, arma induit omnia, indutus constitit iuxta puellam, ab latere Ancaei gubernatoris. Navis autem viris remigantibus ad ôs fluminis properabat.

**MYTHUM ARGONAUTARUM  
A GUSTAVO SCHWAB NARRATUM  
IN LATINUM CONVERTIT**



**LEO LATINUS  
NICOLAUS GROSS**

<http://www.leolatinus.com/>

## **VOCABULA DOMESTICA (X)**

**ex Orbe Picto pentaglotto excerpta et Latinê reddita**

CORBEIL, Jean-Claude/ARCHAMBAULT, Ariane: PONS Bildwörter-buch Deutsch-Englisch-Französisch-Spanisch-Italienisch. Stuttgart etc. (Ernst Klett Sprachen) 2003.

In hōc Orbe Picto mirabili 35.000 (triginta quinque milia) notionum imaginibus sunt illustrata et quinque linguis Europaeis denominata: Theodiscâ et Anglicâ et Francogallicâ et Hispanicâ et Italicâ. Nos autem coepimus addere vocabula Latina, quorum hōc loco praebemus partem earum sextam, quae spectant ad res domesticas (VII. DOMESTICA). Provinciae rerum, quarum imagines et vocabula in Klettiani Orbis Picti paginis 920 (nongentis viginti) inveniuntur, sunt hae quae sequuntur:

**I.ASTRONOMIA – II. TERRA – III.REGNUM PLANTARUM – IV.REGNUM ANIMALIUM – V.HOMO – VI.NUTRIMENTA ET INSTRUMENTA COQUINARIA – VII.DOMESTICA – VIII.AUTURGIA ET HORTICULTURA – IX.VESTIMENTA – X.INSTRUMENTA PERSONALIA – XI.ARS ET ARCHITECTURA – XII.COMMUNICATIO ET INSTRUMENTA GRAPHEICA – XIII.TRANSPORTUS ET VEHICULA – XIV.ENERGIA – XV.SCIENTIAE – XVI.ATHLETICA ET LUDICRA.**

Babae, quanta copia! quanta ubertas! quanta multiplicitas! Qui Orbis Pictus etiam lexicographis Latinitatis recentioris est aurifodina et cornu copiae. Nam iidem vocabulis linguarum, praesertim Romanicarum, in eodem indicatis usi saepe perfacile inveniunt vocabulum Latinissimum. En cara Lectrix, care Lector, habeas septimam partem domesticam huius enchiridii singularis vocabulis Latinis ditificatam.

**Nicolaus Groß**  
**LEO LATINUS**

<http://www.leolatinus.com/>

<b>p.282 Dekorationen</b>	window accessories	parures de fenêtre	accesorios para las ventanas	accessori per finestre	<b>decōrāmenta, -ōrum n.pl.</b>
<b>Innenläden</b>	indoor shutters	volets d'intérieur	postigos interiores	imposte ripiegabili	<b>foriculae interiōrēs</b>
<b>Fenstergardine</b>	window curtain	rideau de vitrage	cortina de ventana	tenda per finestra	<b>cortīna +fenestrālis</b> [1.ISID.19,26,9; SCHOL.VIND.,Horat.ars 156. VULG.exod.26,1; e.al.; Eccl. 2.Va.80, 206,34]
<b>Querbehang</b>	valance	cartonnière	guardamalleta	mantovana	<b>*dēpēnsāculum, -ī n.</b>
<b>Raffhalter</b>	tieback	embrasse	alzapaños	bracciale	<b>retināculum cortīnae</b>
<b>Volant</b>	frill	volant	volante	volant	<b>*assumentum, -ī n.</b>
<b>Kaffeehausgardine</b>	café curtain	rideau brise-bise	visillo	tendina a mezzovetro	<b>*sēmicortīna, -ae f.</b>
<b>Landhausgardine</b>	frilled curtain	rideau bonne femme	cortinas recogidas	tendina arricciata	<b>cortīna crispāta</b>
<b>Vorhang</b>	curtain	rideau	cortina	tenda	<b>cortīna, -ae f.</b> [ISID.19,26,9; SCHOL.VIND.,Horat.ars 156. VULG.exod.26,1; e.al.; Eccl.]
<b>Schabracke</b>	pelmet	bandeau	cenefa	riloga sagomata	<b>*dēpēnsāculum, -ī n.</b>
<b>Zugvorhang</b>	draw curtain	rideau	cortinas corredera	tendone oscurante	<b>cortīna tractilis</b>
<b>Kordel</b>	cord tieback	cordeliere	cordón	bracciale a cordoncino	<b>fūnis, -is m.</b>
<b>Troddel</b>	tassel	gland	borla	nappa	<b>fimbria, -ae f.</b>
<b>Store</b>	net curtain	voilage	visillos	tenda trasparente	<b>cortīna rēticulāta</b> [2.VARRO rust.3,7,3]
<b>Raffhalter</b>	tieback knob	patère à embrasse	anilla del cordón	portabracciale	<b>retināculum cortīnae</b>
<b>Übergardine</b>	over curtain	double rideau	doble cortina	soprattenda	<b>cortīna duplex</b>
<b>p.283 Beispiele für Kräuselfalten</b>	examples of pleats	exemples de plis	ejemplos de fruncidos	esempi di arricciature	<b>exempla plicārum</b> [2.CATO rust.77]
<b>Schachtelfalte</b>	box pleat	pli creux	pliegue de cajón	sfondo piega	<b>plica cava</b> [1.CATO rust.77]
<b>eingelegte Falte</b>	inverted pleat	pli rond	pligue de cajón invertido	cannone	<b>plica rotunda</b> [1.CATO rust.77]
<b>Kirsorfalte</b>	pinch pleat	pli pincé	pliegue de pinza	arricciatura a pince	<b>plica impressa</b> [1.CATO rust.77]
<b>Beispiele für Vorhangköpfe</b>	examples of headings	exemples de têtes	ejemplos de cenefas	esempi di fettucce	<b>exempla taeniārum</b> <b>*cortīnālium</b> [3.Fo.40,t.1,785:cortinalis: adject. ad cortinam pertinens]
<b>Kirschband</b>	pinch-pleated heading	tête plissée	cenefa plisada	fettuccia plissettata	<b>taenia plicāta</b> [2.LUCRET.6,1087]
<b>Bleistiffalten-</b>	pencil-pleated	fronçage tuyauté	cenefa plisada	arricciatura a	<b>taenia *bacillāta</b>



<b>band</b>	heading		de canotillo	cannoncino	[2.cfr Galeodes bacillatus, species araneorum]
<b>Durchzug</b>	shirred heading	tête froncée	cenefa fruncida	fettuccia arricciata	<b>taenia crispāta</b> [2.]
<b>Freihand-Dekoration</b>	draped swag	cantonnrière drapée	cenefa drapeada	festone drappeggiato	<b>redimiculum cortināle</b>
<b>Beispiele für Vorhänge</b>	examples of curtains	exemples de rideaux	ejemplos de cortinas	esempi di tende	<b>exempla cortinārum</b>
<b>Spanner</b>	attached curtain	rideau coulissé	cortina sujeta de doble barra	tenda a vetro	<b>cortīna</b> <b>*distēnsīva</b>
<b>Raffgardine</b>	crisscross curtains	rideaux croisés	cortinas cruzadas	tende con sormonto totale	<b>cortīnae decussātae f.pl.</b>
<b>loser Vorhang</b>	loose curtain	rideau flottant	cortina suelta corrediza	tenda a strappo	<b>cortīna laxa</b>
<b>Wolkenstore</b>	balloon curtain	rideau ballon	cortina abombada	tenda a palloncino	<b>cortīna folleāta</b>
<b>p.284 Gardinenstangen</b>	poles	tringles	varillas	bastoni da tenda	<b>perticae cortinālēs</b>
<b>Gardinenstange</b>	curtain pole	tringle-barre	barra de cortina	bastone da tenda	<b>pertica cortinālis</b>
<b>Stange</b>	pole	barre	barra	bastone	<b>pertica, -ae f.</b>
<b>Ring</b>	ring	anneau	anillo	anello	<b>ānulus, -ī m.</b>
<b>Öse</b>	eyelet	œillet	ojete	occhiolo	<b>ocellus, -ī m.</b>
<b>Runder Träger</b>	support bracket	support de fixation	abrazadera	supporto	<b>sustentāculum, -ī n.</b>
<b>Abschlussknopf</b>	finial	embout	tope	pomolo di chiusura	<b>+bōtō clūsāris</b> [1.1252,Lath.65,61; 2.HYG.GR.agrim.p.137]
<b>Einfache Stange</b>	plain pole	barre lisse	barra lisa	bastone liscio	<b>pertica simplex</b>
<b>Vollmessingstange</b>	fluted pole	barre cannelée	barra acanalada	bastone scanalato	<b>pertica striāta</b>
<b>Einläufige Gardinenstange</b>	single curtain rail	tringle simple	barra de varilla simple	binario semplice	<b>orbita simplex</b>
<b>Zweiläufige Gardinenstange</b>	double curtain rail	tringle double	barra de varilla doble	binario doppio	<b>orbita duplex</b>
<b>Gardinen-schiene</b>	curtain track	tringle-rail	riel	binario da tenda	<b>orbita cortinālis</b>
<b>Wandträger</b>	wall bracket	support mural	soporte de pared	piastra di fissaggio a muro	<b>sustentāculum parietāle</b>
<b>Deckenträger</b>	ceiling bracket	support de plafond	soporte de techo	piastra di fissaggio a soffitto	<b>sustentāculum lacūnāris</b>
<b>Schiene</b>	track	rail	riel	binario	<b>orbita, -ae f.</b>
<b>Feststeller</b>	endstop	butoir	tope	fermo	<b>retentāculum, -ī n.</b>
<b>Haken</b>	hook	agrafe	gancho	gancio	<b>uncus, -ī m.</b>
<b>Klammer</b>	clip	pince	clip	pinca	<b>*fibicula, -ae f.</b> [To.L 62,294]

<b>Rolle</b>	roller	galet	corredera	ruzzo	<b>orbiculus</b> , -ī m. [CATO rust.3,6]
<b>Ring</b>	ring	anneau	anilla	anello	<b>ānulus</b> , -ī m.
<b>Laufwagen</b>	glider	chariot	carro	carrello	<b>carrulus</b> , -ī m. [ULP.dig.17,2,52.§15]
<b>Brücke</b>	bridge	bride de raccord	punte	ponte di raccordo	<b>ponticulus</b> , -ī m.
<b>Kopfschiene</b>	traverse rod	tringle extensible	cortina de riel	riloga estensibile	<b>rēgula extēnsīva</b>
<b>Endträger</b>	end bracket	support d'extrémité	tope	staffa di blocco finale	<b>sustentāculum fināle</b>
<b>Aufhängung</b>	support	support	soporte	supporto	<b>sustentāculum</b> , -ī n.
<b>Laufwagen</b>	main glider	chariot d'entraînement	corredera	carrello principale	<b>carrulus prīncipālis</b>
<b>Zugwagen</b>	sliding overlap arm	chariot de croisement	corredera con enganches	carrello di sormonto	<b>carrulus tractilis</b>
<b>Bedienungsschnur</b>	operating cord	cordon de tirage	cordón	corda	<b>fūniculus tractilis</b>
<b>Schnurspanner</b>	tension pulley wheel	roue de poulie	polea tensora	bloccacorda	<b>rotula tēnsōria</b>
<b>Federgehäuse</b>	spring housing	gaine du ressort	resorte	coprimolla	<b>capsula elatēris</b>
<b>Anschluss</b>	yoke	chape	balancín	morsetto	<b>capsula annexa</b>
<b>Schnurwelle</b>	pulley	poulie	polea	carrucola	<b>*trochleola</b> , -ae f. [Francesco Lana Terzi, Brixiae 1684, Magisterium naturae et artis. Opus physico-mathematicum, p.515]
<b>Feststellvorrichtung</b>	fastening device	fixation	sujeción	dispositivo di fissaggio	<b>retentāculum</b> , -ī n. [VENANT.FORT. Vita Sancti Menardi 12]
<b>p.285 Rollo und Jalousie</b>	blinds	stores	persianas enrollables	tende avvolgibili	<b>*dēvolūcra et trānsennae volubilēs</b>
<b>Rollo</b>	roller blind	store à enroulement automatique	persiana enrollable automática	tenda avvolgibile	<b>*dēvolūcrum</b> , -ī n.
<b>Stift mit rundem Ende</b>	round end pin	pointe ronde	espiga de punta redonda	copiglia arrotondata	<b>stilus rotundus</b>
<b>Welle</b>	roller	rouleau	rodillo	ruzzo	<b>cylindrus</b> , -ī m.
<b>Rollmechanismus</b>	winding mechanism	mécanisme d'enroulement	mecanismo de enrollado	mecanismo di avvolgimento	<b>*mēchanismus volubilis</b>
<b>Vierkantstift</b>	flat end pin	pointe plate	espiga de punta cuadrada	copiglia piatta	<b>stilus quadrātus</b>
<b>Sprungfeder</b>	coil spring	ressort en spirale	resorte espiral	molla a spirale	<b>elatēr spīrālis</b>
<b>Saum</b>	hem	ourlet	jareta	risvolto	<b>limbus</b> , -ī m.

<b>Rollo-Fallstab</b>	lath	latte	listón	barra	<b>pertica</b> <b>*dētractilis</b> [2. <a href="http://www.botanicus.org/primeo/cr/mbgserv14/botanicus2/b1169290x/31753002349881/31753002349881_0056.txt">http://www.botanicus.org/primeo/cr/mbgserv14/botanicus2/b1169290x/31753002349881/31753002349881_0056.txt</a> ex epidermide rumpens, et cum ea detractilis]
<b>Rollostoff</b>	blind cloth	toile	cortina	tenda a rullo	<b>cortina</b> <b>*dēvolūcrī</b>
<b>Halterung</b>	bracket	support	soporte	supporto	<b>sustentāculum,</b> <b>-ī n.</b>
<b>Jalousie</b>	Venetian blind	store vénitien	persiana veneciana	venetiana	<b>trānsenna</b> <b>volubilis</b> [cfr SL 38,18. Cfr OLD s.v.]
<b>Wenderohr</b>	tilt tube	tube d'orientation des lames	pértiga de inclinación	tubo per l'orientamento delle lamelle	<b>tubus</b> <b>inclinātōrius</b>
<b>Trommel</b>	drum	tambour	tambor	tamburo	<b>tympanum,</b> -ī n.
<b>Schnurfeststeller</b>	lift cord lock	blocage du cordon de tirage	seguro del cordón	fermacorda	<b>retentāculum</b> <b>fūniculī</b>
<b>Zugschnur</b>	lift cord	cordon de tirage	cordón	corda di sollevamento	<b>fūniculus tractilis</b>
<b>Lamelle</b>	slat	lame	listón	lamella	<b>lāmella,</b> -ae f.
<b>Schnurversteller</b>	equalizing buckle	boucle de réglage	hebilla niveladora	fermaglio equilibratore	<b>+rēgulamentum</b> <b>fūniculī</b> [1. <a href="http://www.kislexikon.hu/regulamentum.html">http://www.kislexikon.hu/regulamentum.html</a> Regulamentum Nyelv : Latin]
<b>Knopf</b>	knob	gland	borla	pomello	<b>+bōtō,</b> ōnis m. [1242, Lath.65,61]
<b>Abschlussprofil</b>	bottom rail	barre inférieure	barra inferior	barra inferiore	<b>pertica inferior</b>
<b>Leiterkordel</b>	cord	cordon	cordones de listones	corda	<b>fūniculus scālāris</b> [2. VITRUV.10,8,1]
<b>Wendestab</b>	slat tilt device	manivelle d'orientation des lames	regulador de luminosidad	asta di comando per l'orientamento delle lamelle	<b>pertica</b> <b>inclinātōria</b>
<b>Kopfprofil</b>	headrail	boîtier	caja superior	cassonetto	<b>capsa superior</b>
<b>Raffrollo</b>	Roman blind	store bateau	Persianas romana	tenda a pacchetto	<b>*dēvolūcrum</b> <b>*fasciculāre</b> [cfr VEG.mil.2,19 fascicularia n.pl.]
<b>Zugrollo</b>	roll-up blind	store à enroulement manuel	persiana enrollable	tenda avvolgibile	<b>*dēvolūcrum</b> <b>tractile</b> [2.Ei. PL 57,86]
<b>p.286 Lampen</b>	lights	luminaires	lámparas	luci	<b>lampadēs,</b> -um f.pl.
<b>Klemmspot</b>	clamp spotlight	spot à pince	lámpara de pinza	faretto a pinza	<b>lampas fibulāris</b>
<b>Deckenleuchte</b>	ceiling fitting	plafonnier	plafón	plafoniera	<b>lampas lacūnāris</b>
<b>Hängeleuchte</b>	hanging pendant	suspension	lampara de techo	lampada a sospensione	<b>lampas pēnsilis</b>
<b>Halogen-Tischleuchte</b>	halogen desk lamp	lampe de bureau halogène	lámpara de despacho	lampada alogena da tavolo	<b>lampas mēnsālis</b>

			halógena		<b>*halogenica</b>
<b>Arm</b>	arm	bras	brazo	braccio	<b>bracchium, -ī n.</b>
<b>Fuß</b>	base	socle	base	base	<b>pēs, pedis m.</b>
<b>Arbeitsleuchte</b>	adjustable lamp	lampe d'architecte	flexo	lampada a braccio regolabile	<b>lampas bracchiū</b> <b>*rēgulābilis</b>
<b>Schirm</b>	shade	abat-jour	pantalla	paralume	<b>umbrāculum, -ī n.</b>
<b>Ein-/Aussschalter</b>	on-off switch	interrupteur	interruptor	interruttore	<b>*mūtāmen, -inis n.</b> [Ei.VL 78,168]
<b>Arm</b>	arm	bras	brazo	braccio	<b>bracchium, -ī n.</b>
<b>Feder</b>	spring	ressort	resorte	molla	<b>elatēr, -ēris m.</b> [1686, Lath.65,162]
<b>verstellbare Klemme</b>	adjustable clamp	support de fixation	tornillo de ajuste	morsetto regolabile	<b>retināculum</b> <b>*rēgulābile</b>
<b>Leseleuchte</b>	bed lamp	lampe liseuse	lámpara de cabecera	lampada da lettura	<b>lampas lēctōria</b>
<b>Standleuchte</b>	standard lamp	lampadaire	lámpara de pie	lampada a stelo	<b>lampas statīva</b>
<b>Sockel</b>	base	socle	base	base	<b>statūmen, -inis n.</b>
<b>Tischleuchte</b>	table lamp	lampe de table	lámpara de mesa	lámpada da tavolo	<b>lampas mēnsālis</b>
<b>Schirm</b>	shade	abat-jour	pantalla	paralume	<b>umbrāculum, -ī n.</b>
<b>Fuß</b>	stand	ped	pedestal	base	<b>pēs, pedis m.</b>
<b>Schreibtischleuchte</b>	desk lamp	lampe de bureau	lámpara de escritorio	lampada da tavolo	<b>lampas scrīptōria</b>
<b>p.287 Kronleuchter</b>	chandelier	lustre	araña	lampadario	<b>candēlābrum, -ī n.</b>
<b>Kristalltropfen</b>	crystal drop	pendeloque	colgante	goccia di cristallo	<b>gutta crystallina</b>
<b>Koppen</b>	crystal button	pampille	gota	perlina di cristallo	<b>margarīta crystallina</b>
<b>Mittelsäule</b>	column	fût	columna	colonna	<b>columna, -ae f.</b>
<b>Teller</b>	sconce	coupelle	arandella	coppetta	<b>catillus, -ī m.</b>
<b>Beleuchtungs-schiene</b>	track lighting	rail d'éclairage	riel de iluminación	faretto da binario	<b>rēgula</b> <b>illūminātōria</b>
<b>Schiene</b>	track frame	gouttière	armazón	binario	<b>rēgula, -ae f.</b> [cfr He.478, s.v. Schiene: <tech.> regula,-ae f.  → Mir 70,181-183]
<b>Transformator</b>	transformer	transformateur	transformador	trasformatore	<b>*trānsfōrmātrum, -ī n.</b>
<b>Befestigungshebel</b>	contact lever	manette de contact	interruptor	leva di contatto	<b>vectīculus contactūs</b>
<b>Spot</b>	spot	spot	foco	faretto orientabile	<b>lampas versātilis</b>
<b>Wandlaterne</b>	wall lantern	lanterne mural	farol	lampiono da parete	<b>lanterna parietālis</b> [2.MARCELL.EMP.13]
<b>Scheren-Leuchte</b>	swivel wall lamp	applique orientable	lampara orientable de pared	lampada da parete con braccio estensibile	<b>lampas parietālis</b> <b>bracchiō</b> <b>*extēnsīvō</b> <b>īnstrūcta</b>

<b>Wandleuchte</b>	wall light	applique	applique	lampada da parete	<b>lampas parietālis</b>
<b>Lampenreihe</b>	multiple light fitting	rampe d'éclairage	lámparas en serie	lampade en serie	<b>seriēs lampadum</b>
<b>Straßenlaterne</b>	post lantern	lanterne de pied	farola	lampione	<b>lanterna viālis</b> <small>[2.PLAUT.merc.865]</small>

**Haec vocabula domestica  
excerpsit et in Latinum convertit**

**Nicolaus Groß  
LEO LATINUS**



**<http://www.leolatinus.com/>**

**Proxima pars sequetur: VOCABULA DOMESTICA (XI)**

**HANC EPISTULAM LEONINAM  
QUADRAGESIMAM SEXTAM**

**SENDEN IN OPPIDULO BAVARIAE SUEBICAE COMPOSUIT**

**d. Iovis, 3<sup>o</sup> m. Febr. a. 2011**

**Nicolaus Groß  
LEO LATINUS**



**<http://www.leolatinus.com/>**